

božnosti spisma swatého a 3 modlibeb Cyr-
fewnjch witáhnute; ktere w Slowenský Gas
zif uwedel Joleph. Ign. Bajza Cyrfewnjš Ostris
homský, Sarár Dubowský w Trnawe 1783;
item in ejusdem „Kené mládenca prihodi, a
stufenosti w Pressporfu u Gana Michala
Landerera 1783, & 1785.

Hæc de triplici occurrentium in scri-
ptione Slavica difficultatum & errorum præ-
cipuo fonte dicta sunt. Nunc Linguz Sla-
vonicæ per Regnum Hungariæ usitatæ com-
pendiosam simul & facilem, atque accu-
ratam Orthographiam Systemati Scholarum
Nationalium per terras Cæsareo-Regias in-
troduceto plene accomodatam proponamus.




LINGVÆ SLAVONICÆ
PER
REGNUM HUNGARIÆ
USITATÆ
COMPENDIOSA SIMUL,
ET FACILIS
ORTHOGRAPHIA
A
SUBREPTITIIS NÆVIS
RITE REPURGATA,
ET
Ad systema Scholarum Nationalium in Di-
tionibus Cæsareo-Regiis introductum plene
accomodata.



POSONII,
TYPIS JOANNIS MICHAELIS LANDERER,
PERPETUI IN FÜSKUT.
1 7 8 7.

Quidquid præcipies, esto brevis: ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.
(HORATIAN. L. I ad Pison.)



LINGUÆ SLAVONICÆ
PER
REGNUM HUNGARIÆ
USITATÆ
COMPENDIOSA SIMUL, ET FACILIS
ORTHOGRAPHIA.

De Notione, & Objectis Orthographiæ.



Orthographia (Dobropisebnost)
ex ορθῶς ῥεττε, & γραφω scri-
bo descendit; unde secundum
etymon vocis optime eam M.
Fab. Quintilianus *Institutionum Oratoriarum*
L. I, Cap. XIII ῥεττε scribendi scientiam no-
minavit. Alias *Orthographia* scientia dici-
tur, voces debitis literis scribendi, eas re-

de in syllabas partiendi, & variis interpunctionibus rite utendi: quæ tria totius Orthographiæ objecta totidem Capitibus persequemur.

C A P U T I.

De debito usu Literarum in scribendo.

§. I.

De usu Majorum Literarum.

Literæ Majores collocentur,

a.) Initio Orationis, Epistolæ, Capituli, Periodi, & Propositionis; ut: *PočáteĽ Múdrosťi, gest Bázeti Pána. Initium sapientie est timor Domini.*

b.) Initio cujuslibet versus; e. g.
Ľa Ľnost' mág prvniú Umenim drzati Ústa
(na Úzbe;
Ten Bohu nagbliŝti Gazikom Ľdo vládnie
(rozumne.

*Potrebu máŝti gaku dobrého Práťela *)*
(žadág,
Ľepŝi biti nemóz Ľeťár, gako Práťel
(uprimni.

Vir-

*) Venit a pragem *ŝaveo, bene cupio.*

Virtutem primam esse puta, compeŝcere lin-
(guam;

Proximus ille DEO, qui ŝcit ratione tacere.

Auxilium a notis petito, ŝi forte laboras;

Non quisquam melior medicus, quam fidus
(amicus.

c.) Initio uniuscujusque Nominis Substantivi, sive proprii, sive appellativi; e. g. *Dunag Danubius, Ľistopad November, Ka-*
Ľuŝe Austria, PreŝporeĽ Poŝonium, Tomaŝ
Thomas, Pápež Pontifex, Ľiŝar Ľesar,
Ľrál Rex, Biŝkup Episcopus, Sarár Pa-
rochus, Ľelo corpus, Zem terra, Dvvere
porta &c. Conf. preliminar. Dissert. Cap. I,
ŝ. 14.

d.) Initio vocum, quæ in titulo ad personas referuntur; e. g. *Oñi (Sie), Ge-*
gich (Ihrer), &c. Uctivi honorabilis; Wi-
ŝoceućeni perdoctus &c.

e.) Post punctum (.), & signa interrogationis, aut exclamationis (?!), si sermo finiatur; ut: *Ľeñi ŝne mi ŝmrećelni? Ľe*
málo ge taľich, Ľeteri na to miŝlá! Pa-
maragie na ŝmrećelnoŝť. Non sumus nos
mortales? Sed pauci hoc cogitant! Memento
tote mortalitatis.

f.) Post duo puncta, aut signum interrogationis, quando alterius verba adducuntur; e. g. Spasitel mlúv: Wihledáwag ié ponagprw Králowstwí hosté, a iné Weci budú wám pridané. *Salvator dicit: Querite primum regnum DEI, & cetera adjicientur vobis. Ne powedal ti Pán Tatík dáwno? „Mag Gazik za Zubami, a iés mudrug. Non dixit tibi jam pridem Dominus Parens? „Premas linguam dentibus, & non philospheris.*

In omnibus reliquis casibus parvæ literæ poni debent, ergo etiam

1.) In medio vocabulorum ex adjectivis & substantivis compositorum; e. g. Dobromlúwnost *ars eloquentiæ*, &c. nisi talia vocabula disjungi contingat; ut: Pékno a Dobro. *Pisebnost Caligraphia & Orthographia.*

2.) In numeralibus, uti & id adjectivis a nominibus propriis civitatum, gentium, aut dignatatum derivatis; e. g. geden *unus*, dwa *duo*, rimski *romanus*, prešporiski *posoniensis*, čestí *bohemicus*, uherški *bun-*

hungaricus, cisarsti *caesareus*, králowsti *regius*; biskupski *episcopalis*; &c.

§. II.

De generali, & fundamentali totius Orthographiæ principio, ac promanantibus inde ratione diversi toni regulis in scriptione observandis.

Cum natura & origine prior sit pronuntiatio, quam scriptio, in propatulo est, regulas scribendi, & imprimendi ex pronuntiatione desummi, ac singulas voces ita, sicut in recta pronuntiatione audiuntur, *) scribi debere. **) Quare

I. Quæ ore leni, consonantibus molli-
bus, quæ ore crassiori duris; quæ sine mora, vocalibus brevibus, quæ denique cum mora pronuntiantur, vocalibus longis exarentur; ut: Článeš *articulus*, (non Članeš;) wešeti vel wešet, (non wešeti;) máši *habuerunt*, (non máši aut mēši, vel máši q. s. *parvus*;) pošewác *quoniam*, (non ponewadž;) špísal *descripsit*, (non špísal;) Špúsob *modus* (non Špusob.)

*) Sed quænam est *recta pronuntiatio*, quæres; quando in omni fere Hungariæ Comitatu, in quo Lingua Slavonica viget, est distincta. — Ea, dicimus, quæ in locis a Bøhemis, Moravis, Polonis, & Hungaris disjunctis est in usu. Bøhemix namque, & Moravix contigui ex hujus idiomate trahunt aliquid; sicut Polonicam fere æmulantur, qui in ejus terminis degunt: omnium autem crassissime loquuntur mixtim cum Hungaris habitantes, verba sunt celeberrimi Mathix Belii in præfatione ad Germanicam Grammaticam suam §. 3. Sed etiam in indicatis locis non tam plebis, quam *cultorum literatorumque, ac Bøhemismum minime affectantium*, (quorum consuetudo & usus uniformis, non tyrannus, ut aliqui volunt, sed canalis potius & vehiculum Lingvæ dici debet,) *pronuntiatio* pro norma accipienda est, juxta illud Quintiliani Institution. Oratoriar. L. I, cap. XII „Ergo consuetudinem sermonis vocabo consensum eruditorum; sicut vivendi consensum bonorum. Interim cum non omnis cum iis, quorum pronuntiatio accurata, vereque Slavica est, eruditus viris colloquendi habeat occasionem; recurrendum erit ad secuturum una cum Grammatica Dictionarium Slavicum, mutua virorum eruditorum, (quorum singuli ex diversis Pannoniæ locis oriundi de Patriæ suæ Slavismo testes omni exceptione majores agere possunt,) opera confectum. Observandæ dein etiam sunt regulæ paragraphis sequentibus proponendæ.

**)

**) Præclare hanc in rem M. Fabius Quintilianus loc. cit. cap. XIII de Orthographia ait: „Ego sic scribendum quidque judico, quo modo sonat. Hic enim est usus literarum, ut custodiant vocem, & velut depositum reddant legentibus. Itaque id exprimere debent, quod dicturi sumus.

§. III.

De usu similium, & æquisonantium Literarum.

II. Literæ sono etiam si parum differentes invicem non sunt confundendæ; ut:

b, p, w; e. g. bigem percutio, pigem bibo, wigem ululo. &c.

c, f, s;

ci ge? cujus est? fige suit, fige vivit: toristo scilicet, (non rotizto;) tet etiam, (non tez;) galsto quemadmodum, (non galsto;) Edis cum, (non Ediz aut Edisz.)

d, t;

Plot fructus, generatio; Plot saepes.

f, w;

g, f;

Sales fallacia, wsecci omnes. Gula globus, (non Zula;) galilegssi galilaus, (non Falilegssi.)

A 3

3,

3, s, dum præpositionem notant; ut 3 Adamom cum Adamo, (non s Adamom;) s Kaplnki ex capella, (non 3 Kaplnký;) stlól contudit, (non 3rlól;) stopil liquefecit, (non 3stopil.) Ad quam confusionem vitandam nota præpositionem hanc sive solitaria sit, sive in compositione; sive cum, aut con, sive e, vel ex, aut de Latinorum designet, generatim per 3 (non autem per s, vel s) esse scribendam; nisi (exceptio) eam immediate sequentes excipiant consonantes: c, č, f, ř, n, t, ě; aut voces: mña, mnú, wás, wami; quo casu 3 molliorem tonum affectans in s transformatur, ut: s Čeru cum filia, s Čeri ex filia; s čim? quali re? s čeho? unde, ex quali re? s Si alku cum viola; s Kupcom cum mercatore, s Kupca ex mercatore; s nim cum illo, s něho ex illo; s Plářcom cum pallio, s Plářca ex pallio; s twogim cum tuo, s twogého ex tuo; s Čelom cum corpore, s Čela ex corpore; se mnu mecum; se mña ex me; s nář ex nobis; s nami nobiscum; s wás ex vobis, s wami vobiscum. *)

*) Hic forte aliqui violatas a nobis Grammaticorum regulas querentur, affirmantium, s (s) denotare præpositionem cum, con; (sed ex cuius statuto?) & ideo debere poni in compositione, ubi aliqua conjunctio, confociatio, comitatus, compulsio denotatur; item magis terminus ad quem, quam a quo insinuat: 3 vero denotare e, ex, de; (quo præcipiente?) & poni debere in compositione, ubi sensus per has dictas particulas declarari potest, vel etiam per has Slavicas: od, po, u, do, na, ro3, wi, pre; atque huc pertinere verba significantia actionem multam, ut: 3tlól, 3stopil; actionem absolutam & perfectam, imo & quadam illorum, quæ alias Latini per con efferunt. (Vid. Joann. Wenc. Rosæ Gram. pag. 327. Pauli Dolechal Gram. pag. 12, & aliæ tum veteres, tum recentiores.) Sed horum nos nominibus minime perturbamur; utpote qui in tantum duntaxat Grammaticorum in statuendis similibus Orthographicis præceptis veneramur auctoritatem, in quantum ii usitatæ, & rectæ pronunciationi, cui juxta §. II scriptionem plene conformem esse oportet, nihil contrarii præcipiunt; quod cum præsentem in casu minime observarint, quid mirum? si salva eorum, quam habent, auctoritate libere ab iis discedamus. Apud omnes enim, cultiores etiam, veros & genuinos Pannonios Slavos præpositio hæc, sive solitaria sit, sive in compositione, sive cum, aut con, sive

e, vel ex, aut de significet, generatim sono literæ 3, (non vero s, aut medio intra s, & 3, ut nonnulli fingunt,) effertur, exceptis casibus in paragrapho assignatis; itaque etiam generatim per 3 cum data *exceptione* scribi debet. (Conf. præl. Diss. cap. III, §. 3, in nota c.) Sed quomodo, dicet aliquis, patebit, utrum præpositio ista con, cum, aut de, e, vel ex designet, si generatim per 3 fuerit scripta? *ꝛ*. Ex adjuncto eidem ablativo casu; si enim ablativus cum ea constructus fuerit *instrumentalis*, ut: 3 Bratom cum fratre, 3 Octom cum aceto, 3 Olegom cum oleo, s Pánom cum domino &c. signum erit eam denotare Latinorum cum: si autem fuerit *absolutus*, ut: 3 Brata, 3 Octu, 3 Olega, s Pána &c. e vel ex indicabit; ad eum fere modum, quo præpositio Latinorum in designat *quietem in loco*, dum construitur cum ablativo; e. g. in furno est panis; & motum ad locum constructa cum accusativo; v. g. injicias ligna in furnum.

§. IV.

De Duplicatione Literarum.

III. *Vocales* apud Slavos ad indicandum soni, quem exprimunt, longiorem tonum geminari nec solent, nec debent; sed si longæ sint, accentu acuto notandæ erunt;

ut:

ut: Páni dobré Wino pigú, *domini bonum vinum bibunt.* Conf. præl. Diss. C. III, §. 2.

Consonantes autem tunc tantum recte duplicantur, quando post brevem vocalem acriter efferuntur, ut: Panna virgo, Mas²² so caro, wiss²²i altior, &c. *)

*) Praxis est hactenus adhuc usitata, literæ s mollitiem geminatione (ss, ss, ss) designare, sed mala; ut præl. Dissert. cap. III, §. 3, in nota c.) vidimus, ideoque rejicienda. Quare non Šsalamon, ššrssi, dáwáśś &c. sed Šsalamon Salamon, šrssi latior, dáwáś dare soles &c. scribi debet.

§. V.

De supervacaneis, & necessariis Literis.

IV. a.) Literæ in Alphabeto Slavonico supervacaneæ (præl. Dissert. C. I, §. 3, & C. III, §. 3, not. c.) prorsus non adhibeantur; sed omnia vocabula tam propria, quam peregrina in Lingua Slavonica occurrentia literis duntaxat necessariis, Slaviceque pronuntiationi idoneis efferantur. Hunc in finem loco

J Conf.	g;	ut: <i>Allelluga, Gán, Gogada, Gozef.</i> (non <i>Allelluja, Ján, Jozada Jozef.</i> 1.)
i	í;	<i>Frásni ornat, stogi;</i> (non <i>Frashj, stogj.</i> 2.)
s, š	semper adhibeatur s, š;	<i>Masso, Pas, čini;</i> (non <i>Masfo, Pas, činjša, aut činjš.</i> 3.)
o	u, u;	<i>Učedelnič, učeni, Ud;</i> (non <i>Učedlnič, včeny, vd.</i> 4.)
ý, y	i, i;	<i>pečni, Riba;</i> (non <i>pečny, ryba.</i> 5.)

Latinorum autem

- Ae, oe,** per *e* efferatur; ut: *Aeneas Eneas;* *Confoederatio, Konfederacia.*
- C,** ante *a, o, u,* per *K;* ut: *Cantor, Kanctor;* *Concipista, Koncipista;* *Cursor, Kurzor.*
- Q,** per *K;* ut: *Quintilianus, Kwintilian;* *Quintus, Kwintus.* 6.)
- f,** intra duas vocales per *z;* ut: *Asia, Azie.*
- ff,** per *ff, f;* ut: *Impressor, Impressor;* *Passio, Passia.*

t,

t, intra vocales fitum per *c,* ut: *Dalmatia, Dalmácia;* *Titius, Ticius.*

Et Graecorum

Cb		Z; ut: <i>Christus, Kristus.</i>
Ph		S; ut: <i>Philosophus, Silosof.</i>
th	scribatur per	t; ut: <i>Mathaeus, Matuš.</i>
X		Xs; ut: <i>Xerxes, Xserkses;</i> 7.)
T		i; ut: <i>Syndicus, Sindikus.</i>

b.) Sed neque ex necessariis in Alphabeto Slavonico Literis ulla in scriptione ponatur, (ne quidem ad productionem vocalis) quæ in recta pronuntiatione distincte non percipitur, ut: *Opica simia,* (non *Wopica;*) *mlúwlm loquor,* (non *mlauwjm;*) *pristo venit,* (non *prigisso;*) *Méno nomen,* (non *gmeno;*) *Céra filia,* (non *dcera;*) *sú sunt,* (non *gsau;*) *sice quidem,* (non *gsýce.*) &c. &c.

c.)

c.) Et vicissim nulla omittatur in scribendo litera, quæ in bona enunciatione Pannonio-Slavica clare auditur, e. g. *wkaz* = *ždég Stolicí in omni Comitatu*, (non *wkaz= dč*;) *ačkolweš quamvis*, (non *ačkoli*;) *lepšég melius*, (non *lepé*.) &c.

- 1.) Vid. præl Dissert. G. I, §. 5.
- 2.) — — — — §. 6.
- 3.) — — — — C. 3, §. 3.
- 4.) — — — — C. 1, §. 7.
- 5.) — — — — §. 8, 9, 10 &c.
- 6.) — — — — §. 4.
- 7.) — — — — §. 4. Nec mirum id alicni videri debet;

quandoquidem jam Quintilianus Latinos ob *x* in alphabetum introductum carpebat *Institut. Orat. L. I, C. IV* dicendo: *Kappa apud Græcos nunc tantum in numero manet: & nostrarum ultima x, qua tamen carere potuimus, si non quaesivissimus.* — Id ipsum de nobis cum veritate dici potest. Si enim litera Græcorum *x* ubi carere potuimus, sono ejus (licet in se tantum uno) per duplicem consonantem *Ch* expresso in *Chwála laus*, *Choc wańec alumnus*, vel *adoptivus*, ac aliis innumeris vocabulis: cur non etiam litera *x* carere potuissimus, sonum ejus in se duplicem conformiter ad rei naturam duplici quoque consonante *ff* exprimendo? — —

De Ordine Literarum.

V. Eo ordine literæ scribantur, quo ordine pronunciantur; e. g. *Ůtec pater*, (non *Ůcet*;) *Proceřřia processio*, (non *profřecia*;) *Twár facies*, (non *traw*.)

Hac occasione Grammatici *f* longum initio duntaxat, & medio vocis scribi præcipiunt; *s* autem *primo* in fine semper, *secundo* in medio vocis ante aliud *f*, *řř*, *tertio* denique quando præpositionem solitariam notat, poni volunt. *) Sed nos præ. *Dif. C. III*, ad §. 3, in nota c.) innegabili evicimus argumento, *f* longum ubique, sive in fine sit, sive in medio ante aliud *f*, sive denique præpositionem solitariam notet, propria hac sua forma scribi, ac *s* ex Orthographia Slavonica prorsus expungi debere. Vid. §§. 3, 4, 5.

*) Vide Mathiam Stayer S. J. Pragæ 1668. Grammaticam Linguæ Bohemicae apud Wuffin Pragæ 1732 impressam pag. 17. Grammaticam Pauli Doleřchal pag. 11, & 12. *Wýborné dčř břř*

břý Spásob, gať se má dobře po čestu psáti, neb tisknauti, vytažený z české Biblii. W Praze Leta 1768, w Impresii Universitatis w Kolleži Soc. Jesu blíž mostu. Sprawa pisma Slowenskeho od Tobiasse Masničyusa Leta 1696 w Lewoci. W. G. P. G. Čechočinnost strze Girska Petrmanna w Prespůřku u Ssimona Petra Wébera 1783. Johann. Wenc. Pohl pag. 10, & 11. &c. &c.

C A P U T II.

De debita vocum in syllabas divisione.

Vocalis, aut (quod duntaxat apud Slavos obtinet) in illius absentia semivocalis, quæ sola vel cum aliis literis simul pronunciat, *Syllaba* appellatur: unde quot in aliqua voce occurrunt vocales, vel in illarum absentia semivocales, tot sunt etiam in eadem syllabæ; e. g. má-lo-mi-sl-ní *pufillanimis*: in quarum divisione, ut recte procedatur, sequentes regulæ ex data syllabæ definitione deductæ tam in *simplicibus*, quam in *compositis vocibus* *) sunt observandæ.

I. Duæ simul stantes vocales disjunguntur: ut: *ne-u-ctim non honoro, ne-u-če ni non doctus, pre-u-če-ni perdoctus, Pi-us Pius.*

II. Unica consonans inter duas vocales posita, ad posteriorem pertinet; ut: *Pá-ni Domini, mi-lug Do-ħa ama Deum, Ká-zeň Oratio, u-bi-wa deficit, Po-du-řta pulvinar.*

III. Consonantium geminatarum prior ad priorem, posterior ad posteriorem syllabam pertinet; ut: *Pan-na Virgo; Pod-da-ní subditus.*

IV. Consonantes diversæ, quæ initio alicujus simplicis vocis simul in eadem syllaba stare nequeunt, disjunguntur; ut: *Pán-řti dominalis, (non pá-nřti;) Pán-řtvo dominium, (non pá-nřtvo;) egipt-řti ægyptiacus, (non egi-ptřti.)* Si autem ab initio vocum simul stare possunt, etiam in medio conjunguntur; ut: *pra-wdo, mlú-wni veridicus, re-ptal blateravit, pru-řki praeceptus, ro-řli-čni varius, ro-řli-če-ni separatus;* cum alias initio etiam dicamus, & scribamus, *Wdo-wa*

vidua, na wni-weč ad nibilum, Pták avis,
Tkáč textor, Šlošť malitia, Čnošť virtus.

V. Simul sonantes consonantes ch nunquam possunt separari; debet itaque scribi: Po=chwa=la laus, po=cho=dil peragravit; (non poc=hwa=la, poc=ho=dil.)

VI. Consonarum plurium vocali destitutarum literæ semivocales l, & r vicem vocalis subeunt; ut: o=pa=tr=ni providus, ml=čim sileo, tr=hám lacero.

VII. Vox unica tantum syllaba constans nullibi, adeoque nec in fine lineæ dividi potest; e. g. Pán Dominus, Smri mors.

Observatio. Vocabula composita sine necessitate non dividantur; ut: gednoočí monoculus, Gednorozec monoceros, mnoho=mlúwni verbosus, Márnotraňníč dissipator, Kazivino viniperda, Kazichléb paniperda, Kúichtlácitel typhbeta, Kuriplachy gallinarum terrefactor, Lapikurka gallinarum-captor, i. e. nauci, flocci homo, Bruchopas ventris pastor; (non autem gedno=oki, gedno=rozec &c.)

&c.) Id genus divisio tunc tantum locum habet, quando duo, vel plura vocabula cum eadem voce conjuncta immediate se invicem excipiunt; e. g. Dobro= a Werno= Mlúwnošť; &c.

*) In Orthographia Slavo-Bohemica hætenus usitata ratione distributionis literarum in syllabas aliæ regulæ pro *vocibus simplicibus*, aliæ pro *compositis* traduntur: nobis pro utrisque easdem dare placuit, propterea; quod generatim in facienda vocum in syllabas divisione sit ad datam syllabæ definitionem attendendum: vi cujus literæ, quæ in voce simul pronunciantur, ab invicem separari non possunt, & vicissim; quod cum pro *vocibus compositis* perinde valeat, sicut pro *simplicibus*; quid opus est aliis regulis pro literis in syllabas distribuendis in *vocibus compositis*, quam in *simplicibus*? — —

C A P U T III.

De debito usu Interpunctionum.

Ad indicandum literarum tonum, propriam divisionem vocabulorum, & constructionum sequentia signa sunt adhibenda.

I. In Literis

a.) *Accentus acutus* supra solas & final omnes vocales, dum longæ sunt, (id quod in prosodia dicitur *) ponendus: e. g. *Ľá-
šťa amor, charitas; šlowenšté Pišma Slavo-
nica scripta* &c.

Hoc accentu præsentem male adhibetur

1mo j loco i. Conf. præl. Differt. C. I, §. 6.

2do au, uo, & ů loco ú & ó. Conf. præl. Differt. C. II, §§. 5, 6.

*) De vocalibus longis agunt: P. Georg. Konstantius in *Lima* a pag. 242. Joan. Wenc. Rosa Gram. suæ parte 2, C. 23. Auctor Grammaticæ Linguae Bohemicae sæpius citatae parte I, C. 5. P. Drachowſzky e Soc. Jesu Olomucii, an. 1660. Paulus Doleſchal, Wenc. Pohl, & alii passim.

b.) *Accentus mollis* supra sequentes duntaxat septem consonantes, č, š, ř, ň, ř, ě, ž, dum molliter efferrī debent, rite collocatur. Quandonam autem consonantes istæ lenem seu mollem exposcunt tonum, id ex paradigmatis, & flexionibus nomi-
num

num ac verborum, maxime autem ex usu disci debet.

Notandum hic:

1mo. Accentum mollem male collocari supra ě. Conf. C. I, §. 9, & C. III, §. 3.

2do. Male etiam adhiberi præteritas diphthongos concretivas ia, ie, (ě), ij, (i) io, iu, ad indicandum mollem literarum tonum, cum id officii (ut reliqua taceamus) proprie accentui leni, seu molli competat. Conf. C. I, §. 9, & C. II, §. 6.

c.) *Accentus asper*, seu *durus* in sola litera g, dum duriter efferrī debet, est adhibendus. Conf. C. III, §. 4.

Quare pro signo reliquarum durarum perperam vocalis y usurpatur. Vid. C. I, §. 8, & 9.

II. In Vocabulis

a.) *Apostrophus* (') *Známení Učrácení*, ibi stat, ubi litera in metro aut prosa euphoniae causa omittitur; e. g. *bohářů diti-
or*, loco *bohářů*.

b.) *Signum divisionis* (:) Známení Rozdělení, vel Rozlučení ducit Lectorem ad verbum sequens, aut ad lineam, ut syllabas verbi divisas simul legat; e. g. císařsko-královští Dom caesareo-regia domus.

III. In Constructionibus

a.) *Comma* (,) Koma, Strichla, Čárka, separat minores orationis partes; e. g. Všeché Písno od Boha vzaté, užitečné jest k Vyučování, k Trestání, k Napominání, k Opravení v Spravedlnosti, abí bol dokonali člověk ku každému Skutku dobrému hotovi. Omnis scriptura divinitus accepta utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudendum in justitia; ut perfectus sit homo ad omne opus bonum instructus.

b.) *Semicolon* (;) seu media nota, Pólkolon, punktovaná Strichla, Čárka ponitur

imo. Si semiperiodus in minores adhuc partes dividatur. e. g. Budto bich

rozdal na Pokrm chudobních všeché Starček móg; budto bich oddal (odewzdal) Telo mé, rač, že bich borel: Lásti ale bich nemá, ništ mi neosoži. Si distribue-ro in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum ita, ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

2do. Siquid ad explicandam vel confirmandam priorem constructionem adferatur. e. g. To ge geden dobri, a statečni člověk; kdo s ním obcuje, neoklame sa. Ille est bonus & honestus homo; qui communicat cum illo, non decipietur. Nemeštag obrátiť sa k Pánu Bohu, ani neodkládaj ze Dňa na Deň; nebo náhle príde Hnev geho, a v čas Pomstvi zhladiť sa. Non tardes converti ad Dominum Deum, & ne differas de die in diem; subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

c.) *Colon* (:) aut duo puncta, Kólon, dwognásobní Punkt, Dwotupka, ponuntur:

1mo. Inter protasim & apodosim periodi. e. g. Gestlibi wcił Ćnost w tałég Wá-
žnosti bola, w gałégbi biť mala: zagi-
ste něbolo bi potrebnó, tať wełmi gég
žodnost chwáliti. Si modo tanti aestima-
retur virtus, quanti deberet: non esset pro-
fecto opus, tantopere illius commendare di-
gnitatem.

2do. Si res diversae invicem comparen-
tur, ut: Gačo skonává Ćelo, řdiš ze se-
ba wipúšća Dušu: tať skonává a zemirá
Duša, řdiš Milost bořkú traťi. Sicut ex-
spirat corpus, cum animam emittit: sic ex-
spirat anima, cum gratiam Dei amittit.

3tio. Si verba alicujus adducantur. e.
g. Spasitel mláwi: „Blahoslaveni, řteri
Prenastedowáni pre mogé Měno znásagú.
Salvator dicit: „Beati qui persecutionem pa-
tiuntur propter nomen meum.

d.) *Punctum* (.) Punkt, Tupka, Bod-
ka, ponitur:

1mo In fine cujuslibet propositionis,
quae jam perfectum sensum habet; ut: Wa-
rug sa od zlého, Ćiň dobre, a řčastliwi bu-
řeř. Křdo sa modliť haňbi, ten sa haňbi
Práťelom božím biťi. Declina a malo, fac
bonum, & felix eris. Quem orare pudet,
eum Dei amicum esse pudet.

2do In vocibus abbreviatis. e. g. S.
Matúř, S. Mathaeus. P. Řichřár, D.
Řudex. Post numeros autem punctum po-
ni non debet, nisi jam ex natura sua eo spe-
ctet; ut: Ćitám w zřeg Ř. Řr. w 4 Řap.
(non w 4. Řap.) W. 10. Lego in 2do
L. reg. cap. 4, v. 10. S. 3 Řráli, S.
3 Reges, (non S. 3. Řráli, S. 3. Reges.
Pisano L. P. M DCC LXXXVII. Scriptum
a. D. 1787. (non M. D. CC. L. XXX. VII.)

e.) *Parentthesis* (), vel [], vel | : |
Medžofládka, Medžostogka, řavreni, řa-
tworeni, adhibetur si in medio sermonis a-
liquid ejusmodi interponatur, quod sine la-
sione nexus omitti potest. e. g. Gať bro-
žně ři P. Marka [to gá eřće dobre pamá-
tám] řeř sme odcházali, prikazowala, a-
bi

bi si sa dobre držal. Quam serio tibi tua D. mater (hujus rei bene adhuc recordor) dum abibamus, inculcabat, ut bene te geras.

f.) *Signum Interrogationis* (?) *Žnámění Otázky*, ponitur post realem interrogationem. e. g. *Čo sú to za žáci? Quales sunt isti studiosi? Která kniha jest bez Chibi witalená? Quis liber est sine mendo impressus? Si autem Interrogatio referatur tantum, & non reapse instituat, tunc signum Interrogationis poni non debet. e. g. Pital sa ma Gozef, či som mu něčo někúpil. Interrogavit me Josephus, utrum illi quidpiam non emerim.*

g.) *Signum Exclamationis* (!) *Žnámění Wiskřivnutí* adhiberi solet, dum vehemens aliquis animi affectus designandus venit. ut: *Beda, prebeda nám! Væ nobis! O mi Ťebožárka! O nos pauperulos! Ach ukrutného Ťemilofrdenství! Ah crudelem immisericordiam! Non abfimiliter in allocutionibus ad alios directis signum Exclamationis*

tionis poni solet; e. g. *Ťagwzácnejší Paňe! Aestimatifime Domine!*

b.) *Signum Additionis* (||) *Žnať Předněsení*, stat initio & fine sermonis, qui ex ore aut scriptis alterius adfertur. „*Porádek něbesské, i žemské Weci zdržuge, mlúwí S. G. N. a Edis' Porádek kwitně a panuge, istá tam Zrása jest, a Swet stáli stogi.* „Ordo coelestia atque terrestria continet, ait S. G. N., atque ordine florente, ac dominante pulchritudo certa, & mundus stabilis. „

i.) *Pausa* (—) *Paúza, Přestání* vel inceptum sermonem affectibus fortibus cecidendi gratia, interrumpit, * vel auditorem, aut ad aliquid sequens extraordinarium parat, ** aut ad præcedentem inexpectatam cogitationem attentum reddit. *** v.g. * *Z téžto žádosti, ktera Zlovecení na nás přišla, Edis' si ti w Ragi — Ale ga psotni! Skorbí mi boli potupné Slowa z Ust wipadli. Ad hanc cupiditatem, quæ maledictionem super nos adduxit, cum tu in Paradiso —*
Sed

Sed me miserum! parum abfuit, quin mihi opprobria excidissent.

** *Ne gestli twogá Múdrost ustanowila, abi zemrel — ó buš mu tehdi pri strasškwég Žožiine priromní. At si tua conclusit prudentia, illi moriendum esse — o tunc assiste illi in tremenda hora.*

*** *Žiwot ańeb Smrt — Źiebo ańeb Desko — móželi nědko odkládat, čo si stičto dwóch wiwoliti má? Mors aut vita — Cælum aut inferi — potest quis cunctari, quid ex utroque eligat?*

Pausa loco ponuntur aliquando *===* aut plura puncta præcipue in sermonibus interruptis.

k.) *Signum Adnotationis (*)* Poznačeńí Známeńí, ponitur ad adnectendam necessariam rei definitionem, exempla, textus, probationes, explicationes &c. Solet signum hoc jam communiter literis, rarius numeris commutari.

l.) *Paragraphus (§)* Źtrog dividit sermonem in diversas majores partes; quales in præl. Differt. complures videre licet.

